Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Francia S. Ludovici conjugem. Reginæ Francorum illustri. Nostri Filia, quod -- regnum Siciliæ -- charissimo in Christo filio nostro Regi Francorum illustri virtuosa adopus alienigenas ex communibus natis vestris duximus liberaliter offerendum. Verum ab eodem Rege tanquam Christianissimo Principe super hoc responso devoto, sed non pro voto recepto -- ut profati Regis potentiam, quam velut tutricem Ecclesiastica libertatis precipuam, in ipsius nato desiderantes quæsivimus, nec habere juxta desideria nostra potuimus, experiemur saltem propitiam in germano; ad eundem comitem nostre deliberationis convertimus aciem, cum ipso super facienda sibi regni concessione predicti tractatum, de memorati Regis consientia et beneplacito ineunte. etc.

46) Chron. Salisburgense Rhianum ad an. 1263.

47) Idem ibidem. Preterea quidam ex ipsis (Ministerialibus Ecclesiæ Salisburgensis) dictus Gebhardus de Selwen, obsidem magnum, scilicet Comitem Goritiæ, qui fidei suæ commissus erat a Choro et Ministerialibus, preter omne consilium et scientiam eorundem pro DCCC. marcis argenti relaxavit, quas in usus proprios convertit. Vide supra ad c. XI Add. 12, et ad hoc c. Add. 2.

48) Apud Meichelbeckium Chron. Benedictob. p. II n. III:

In nomine Domini Amen. Nos Meinhardus et Albertus Comites Goritiæ et Tirolis, notum facimus universis Christi fidelibus, et protestamur cartula presenti, omnes donaciones, quas illustris Otto Dux Meranie, Comes Palatinus Burgundie, pie memorie in decimis de hereditate sua sive allodio, ante obitum suum donavit cenobio Sancrensi in agris, pratis, aquis, et silvis, cultu et incultu, et in theloneis, nos et nostri successores ratum habemus et firmum, et scripto nostro ad meliorem certitudinem et cautelam confirmamus Cenobio et Domini predictis. ad hec mandamus precipimus districte, et committimus omnibus nostris Gastaldionibus, qui sunt, et qui fuerint, ut dicto cenobio annuatim plene et integre solvant decimam premissam, tam in montibus quam extra montes; volumus etiam et mandamus, ut nullus novus theloneator predictos cum aliqua exactione Theloneii veniendo vel redeundo impediat, vel retineat, ut autem hec per nos et per nostros firmum observetur et inconvulsum, presentem paginam scribi fecimus, et sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta sunt hec in Burgo Mateii (~~Matzen~~) anno Domini millesimo ducentesimo LXIII. indictione VI. die veneris XVI exeunte Januario (die XX Januarii) in presentia istorum testium, Ulrici de Tirvers, Jacobi Trauchsun, Nicolai de Bozano, Friderici Peilhingarii, Chunradi Hebblinch, Ruperti de Mateii, Domini Hainrici plebani de Delsach, et a-